



**C**hristiernus nepos fuit Ioannis, & filius Ioa-  
 chimi comitū in Aldenburg & Delmēhorst,  
 ex Margaretha ducissa in Slesuick & Holstein. Is  
 multis uirtutibus insignis extitit. Itaque Dani eum  
 post regis Christophori obitum unanimi consen-  
 su regem elegerunt. Cum autem Suetij Carolū Ca-  
 nuti filium regem constituissent Christiernus eum  
 expulit, ac per suam factionem effecit ut & ipse rex  
 Suetiæ & Gothiæ coronaretur, id quod factum est  
 anno salutis 1457. Postea comitatum Holstein à fra-  
 tre recuperauit, atq; Frisios bello uictos sibi subie-  
 cit. Hisce confectis apud Fridericum, Cæsarem ef-  
 fecit ut dominia Holstein, Stormar, & Dietmarsen  
 coniungeret, ac in ducatum erigeret, cuius etiam ipse primus dux creatus fuit.